



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

II. Markgraf Johann vergrößert die Stadt Alt-Brandenburg durch einige in der Nähe liegende Dörfer, am 18. Juni 1249.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

## Urkunden.

## I. Markgraf Otto legt den Bürgern Brandenburgs die Zollfreiheit bei, im J. 1170.

In Nomine Sancte Individue Trinitatis. Notum sit universitati fidelium, tam presentibus quam futuris nunc et in perpetuum. Ego Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio et Judita, uxor mea, filiique nostri Otto maior et Henricus minor, principatum et titulum nominis officiique nostri ad hoc a Deo nobis impositum agnoscimus, ut patres orphanorum et iudices viduarum simus. Praeterea delicta, quibus ex necessitate secularium negotiorum inuoluimur, multiplex elemosyne largitione oportet ut emaculemus. Unde est quod ciues nostri Brandenburgenses, ad finem misericordie nostre concurrentes et gratiam nostram impetrantes ab omni exactione telonei ex hoc nunc et in perpetuum absoluiimus. Accidit autem ut pre nominatus Marchio sedens in castrum suum Havelberg ad placitum suum, quod vulgo dicitur Botting, pro tribunali a Baronibus suis inquisit, quod castrum principatus eius specialiter principale nomen teneret, surgens quidem unus de primis consilii et palatii domini Marchionis, nomine Borchardus, pro omnibus et pre omnibus circum sedentibus respondit: pre coeteris castris totius Marchie Brandenburg gloriosum eius nomen est et famosum, regale castrum, camera imperialis sedes episcopalis. Ea propter deliberato a Marchione et primatibus eius communi consilio, ciuibus Brandenburgensibus liberam emendi et vendendi per omnem terram ditioni nostre subjectam data est potestas absque teloneo. Generaliter autem teloneum de piscibus non remittit, nisi tantum de alecibus, mrenis et lassis. Quicumque hanc perpetuam istius confederationis violauerit stabilitatem, Brandenburgensis Marchionis et eius successorum incurrisse nouerit offensionem. Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C. LXX., regnante domino Friderico imperatore et domino Episcopo Willemaro Brandenburgensi, coram idoneis testibus hec data sunt. Hec scripsit Wiricfus Francigena, capellanus domini Marchionis Ottonis.

Nach dem Original. — P. v. Ledebur Allgem. Archiv XIII, 165.

## II. Markgraf Johann vergrößert die Stadt Alt-Brandenburg durch einige in der Nähe liegende Dörfer, am 18. Juni 1249.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannes, Dei gratia Brandeburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit et requirit, ut ad notitiam posterorum gesta precedentium scriptis authenticis commissa commaneant, ne per obliuionem, que inimica solet esse posteritatis, argumenta veritatis obtenebrentur et dubii questio generetur. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus uniuersis, quod nos utilitati et commodo antique civitatis nostre Brandeburg intendentes, eidem villas Lukkenberg, Blofendorp et montem, qui Callenberch appellatur et dicitur cum uniuersis appendiciis pratis,

paucis siue aquis eisdem villis attinentibus seque per directum usque in stagnum Quents pretendenti-  
bus adiecimus et contulimus titulo perpetuo et nomine possidendas, volentes ut earundem villarum  
incole, qui pro tempore extiterint in eisdem, jura siue Consuetudines ejusdem civitatis univrsaliter  
teneant et obseruent, nihil nobis in predictis villis preterquam nostra judicia et pheodalia et locum qui  
Kitz dicitur cum suis attinentiis referuantes. Ut autem hec nostra Collatio stabilis et immutabilis futuris  
temporibus perseueret, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Hujus  
rei testes sunt Borchardus de Velewantz, Gerardus de Kerkau, Petrus Aduocatus,  
Walterus de Brugge, Thidericus de Berckholt, Fridericus de Mordiz, milites, et alii  
quam plures. Datum per manum Heydenrici Notarii, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLIX<sup>o</sup>. XIV  
Calendas Julii.

Die Urkunde ist in Gerdens Fragm. march. I. 12. 13 und VI. 6. ic. zwei Mal, beide Mal nach dem Originale  
des Brandenburgischen Archives abgedruckt, an dem erstern Orte mit dem obigen Datum XIV Cal. Julii, an dem  
lestern Orte mit dem Datum Cal. Julii (1. Juli). In der letztern Weise findet sich auch ein Abdruck aus der  
Gumbling'schen Sammlung in Buchholz Geschichte der Mark Brand. Anh. zum IV. Bande S. 78. 79. Dennoch  
halten wir das erste Datum, was die Ausfertigung der Urkunde auf den 18. Juni verlegt, für das richtigere.

### III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad verleißen den Bürgern der Altstadt Branden- burg den Hufenzins von funfzig zur Stadt gehörigen Hufen Landes, am 1. Sept. 1275.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis Amen. Johannes, Otto et Conradus, Dei  
gratia Marchiones Brandenburgenses omnibus in perpetuum. — Licet omnibus inhabitatoribus nostri  
principatus ad benefaciendum et commodum omne ordinandum simus debitores, quinimo precipue illis  
tenemur benefacere, quorum apud nos sunt virtuosi affectus, honestatis et vere fidei experimenta com-  
probata. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos habito respectu honestatis  
ac roborate fidelitatis dilectorum nostrorum videlicet incolarum veteris civitatis nostre Brandenburg  
contulimus omnem censum prouenientem de L. mansis, tam nouis quam veteribus, eidem civitati adja-  
centibus, recipiendum ad ac usus suos perpetuo possidendum. Ut autem hec nostre concessionis do-  
natio a nobis et a nostris heredibus ac posteris rata et immutabilis perpetuo perseueret obseruata pre-  
sentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appositione fecimus roborari. Datum apud  
Rathenou in arboreto scilicet in horto ferarum, quod vulgariter dicitur Dihrgarthen juxta  
stagnum. Anno incarnationis domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXV<sup>o</sup>. Kalend. Septembr. Indict. III. Epacta XII.  
Concurrente I. in die B. Egidii Abbatis et Confessoris.

Gerdens Fragm. march. I, 23. Buchholz a. a. D. S. 102.